

quam ad illam que fit per Baptifmum, ex illo Tridentini testimonio manifeftare conftare putant Adverfarii, ad iuftificationem que fit per poenitentiam, caritatem inchoatam & imperfctam necelfario requiri.

64 Verum hac parum urgent: si enim hic Tridentini locus attente perpendatur, manifeftum erit, ibi fermonem esse de iuftificatione que fit extra Sacramentum, & per folum Baptifmum votum & defiderium, ad quam non negamus ad votum & dilectionis requiri, ficut & ad illam que fit per votum poenitentiae, quando tale Sacramentum in re & de facto fufcipi nequit; unde illud testimonium cui praecipue nituntur Adverfarii, nequam militat contra noftam fententiam, quae folum affirmat ad iuftificationem que fit in Sacramento Baptifmi & Poenitentiae, fufficere attritionem de peccatis ex motivo aliquo fupernaturali. Quod vero interpretatio nofta legitima fit, & ad mentem Tridentini, patet ex verbis illis, dum proponitur fufcipere Baptifmum &c. ex illis enim liquet, Concilium ibi non loqui de iuftificatione que fit in actuali fufceptione Baptifmi, fed de illa folum que fit per votum & defiderium illius, quando nimirum aliquis non velens fufcipere Baptifmum, peractus fidei, timoris, fpei, dilectionis, & per votum & defiderium ipfius Baptifmi, ad iuftificationem fe difponit.

65 Eodem modo intelligenda & explicanda funt aliqua SS. Patrum testimonia, quibus afferitur, fine caritate neminem iuftificari: vel enim loquuntur de iuftificatione qua fit extra Sacramentum; vel fi de iuftificatione qua fit in Sacramento fiat fermo, folum intendunt caritatem concomitantem ad iuftificationem requiri: quia nimirum licet dum peccator iuftificatur in Sacramento non fupponatur necelfario diligens Deum fuper omnia, ex vi tamen Sacramenti confituitur talis, non actus, fed habitus, quis in ejus fufceptione caritas habitualis ei infunditur. Vide alias explicationes hujus loci ex Tridentino defumpti, in Manuali Thomistarum tomo 6. vel 3. parte Tract. de poenit. cap. 4. §. 4.

\* S. I.

Corollarium praecedentis doctrinae.

66 EX dictis conftat manet aliquorum fententia, qui afferunt, attritionem fufficere quidem ad valorem Sacramenti, non tamen ita ut ex ea fequatur immediata iuftificatio, fed quia vi Sacramenti poenitens ex actu imperfecto attritionis tranfit infallibiliter ad actum perfectum contritionis, ut ad proximam difpofitionem ad gratiam. Nam Tridentinum fupra citatum non dicit attritionem esse fufficientem ad obtinendam contritionem, fed ad gratiam in Sacramento poenitentiae impetrandam difponere, quod de proxima difpofitione intelligendum esse fupra offendimus; quia alioquin non bene compararet attritionem in Sacramento, cum contritione extra Sacramentum. Adde quod, Concilium loquitur de impetratione infallibili, qualis est illa quae habetur per Sacramentum: At omnis qui cum attritione accedit ad Sacramentum, non elicit infallibiliter actum contritionis, ut experientia conftat, plures enim cum fola attritione ad Sacramentum accedentes, poft abfolutionem a peccatis, majorem de illis dolorem non fentiunt quam antea: Ergo &c.

67 Refellitur etiam ex dictis aliorum opinio, qui exiftimant requiri ad hoc Sacramentum attritionem quae exiftimet contritio. Nullus enim tenetur ad Sacramentum accedere cum majori difpofitione, quam de facto requiritur, ut patet in Baptifmo, Eucharifmia, & aliis Sacramentis: Sed reipfa fola attritio requiritur ad Sacramentum poenitentiae, ut fupra oftendimus: Ergo non est necelfaria putata contritio, fed fufficit attritio etiam cognita & putata attritio.

68 Confirmatur: Si ad hoc Sacramentum necelfaria effet attritio exiftimata contritio, illud non effet Sacramentum mortuorum, quia homini fubi confcio peccati mortalis nunquam liceret ad illud accedere, fed femper requireretur quod exiftimaret fe esse vivum per gratiam.

69 Confirmatur amplius: Illa exiftimatio falfa ad hoc folum potest defervire, ut homo accedendo ad hoc Sacramentum cum fola attritione, excufetur a transgreffione praeccepti: At nullibi extat praecceptum de non accedendo ad hoc Sacramentum cum fola attritione: Ergo non requiritur quod attritio exiftimet contritio. Major patet, cum enim exiftimatio illa fit error, non potest esse difpofitio, vel per fe conducere ad difponendum hominem ad gratiam: Ergo ad hoc folum potest defervire, ut homo accedendo cum fola attritione, excufetur a transgreffione praeccepti. Minor vero fuadetur, quia tale praecceptum nullibi habetur, neque in Scriptura, neque in Conciliis, neque in Patribus, neque in Traditione, neque ex ipfa hujus Sacramenti institutione colligitur, immo potius oppofitum; cum enim hoc Sacramentum fit infunditum ad conferendam primam gratiam, ac propterea Sacramentum mortuorum appellatur, verifimile non est

Christum voluiffe nos obligare ut ad illud accedamus cum contritione putata. Adde quod, fi Christus poenitentem obligaret ad contritionem putatam, obligaret ad falsum, cum talis exiftimatio falfa fit, ac difformis obiecto. Sed hoc dici nequit: Ergo nec illud.

Denique ex fupra dictis colligitur, praecceptum confessionis in lege Evangelica, fuffeciffe praeccepto contritionis, non illud abrogando, fed in feipfum commutando, ita ut praecceptum contritionis non obliget, quoad praecceptum confessionis fervari potest. Patet hoc corollarium ex Tridentino loco fupra §. 3. citato, ubi dicitur quod contritio quae caritate perfecta hominem reconciliat Deo, prius quam Sacramentum poenitentiae actu fufcipiatur, omni tempore fuit necelfaria ad impetrandam veniam peccatorum: attritio vero, quae per fe peccatorem ad iuftificationem perducere nequit, eum ad Dei gratiam in Sacramento Poenitentiae impetrandam difponere. Quibus verbis non obfcure innuitur, contritionem perfectam, quae peccatorem etiam fine Sacramento actu fufcepto iuftificat necelfarium fuisse ante institutionem Sacramenti Poenitentiae, etiam in lege nova fuffeciffe attritionem, quae cum Sacramento Poenitentiae praestat quod antea praestabat contritio.

ARTICULUS IV.

Qualis requiratur attritio ad effectum hujus Sacramenti.

Dico primo, ad effectum hujus Sacramenti requiritur attritio vera, & non fufficit apparens, feu exiftimata.

Probatur breviter: Attritio est materia hujus Sacramenti, ficut aqua est materia Baptifmi: Sed ad valorem Baptifmi requiritur vera aqua, & non fufficit apparens feu exiftimata: Ergo pariter ad valorem & effectum Sacramenti Poenitentiae necelfaria est vera attritio, & non fufficit apparens feu exiftimata: Ex quo inferes falvam esse aliquorum Cafualiarum fententiam, qui docent ad hoc Sacramentum fufficere poffe voluntatem confitendi, & recipiendi abfolutionem, abfque formali dolore, dummodo poenitens nullum actum habeat quo formaliter vel virtualiter abfolutionem a peccatis voluntas enim confitendi, & recipiendi abfolutionem, praefcife fumpta, non est vera attritio.

Dico fecundo, ad recipiendum effectum hujus Sacramenti, necelfaria est attritio fupernaturalis, quae revera fit talis; unde non fufficit attritio naturalis, quae fupernaturalis exiftimetur.

Prima pars probatur tum ex Tridentino fess. 14. cap. 4. dicente attritionem quae peccatorem difponit ad gratiam in hoc Sacramento impetrandam, esse donum Dei & Spiritus Sancti impulsum, qui non convenit attritioni naturali. Tum etiam ratione fundamentalis; Attritio enim ad hoc Sacramentum requifita, potest confiderari vel in remotio peccati, vel ut difpofitio ad gratiam: Sed quocumque ex his duobus modis confideretur, debet esse fupernaturalis: Ergo, &c. Major quoad fecundam partem evidens est, quia difpofitio debet esse ejufdem ordinis cum forma ad quam difponit. Probatur vero quantum ad primam. Attritio enim ut est remotio peccati, debet retrahere omnem averfionem quam per peccatum peccator contraxit; unde cum in ftatu elevationis naturae humanae ad ordinem fupernaturalem homo per peccatum avertatur a Deo non folum ut a fine naturali, fed etiam fupernaturali, illius retrahitio debet esse aliquo modo converfio ad finem etiam fupernaturalem, fubindeque fupernaturalis.

Ex his probata manet fecunda pars; cum enim attritio fupernaturalis fit difpofitio necelfaria ad recipiendum effectum hujus Sacramenti, ut jam oftendimus est, hinc fit quod quantumcumque quis exiftimet fe habere attritionem fupernaturalem, fi tamen revera illam non habeat, non fit fufficiens difpofitio: Atqui Sacramenta non conferunt gratiam nifi fufficienter difpofitis: Ergo, quantumcumque quis exiftimet fe habere attritionem fupernaturalem, fi tamen illa caret, non recipit gratiam ex vi hujus Sacramenti. Licet enim ei non ponat obicem pofitive, quia propter ignorantiam invincibilem excufatur, bene tamen negative, quia caret difpofitione necelfaria.

Dices: Ille qui habet attritionem naturalem, habet mortuum contrarium peccato, fcilicet aliqualem ejus detractionem: Ergo est fufficiens difpofitus.

Refpondeo negando Antecedens, quia (ut fupra dicebamus) peccatum avertit a Deo, etiam ut a fine fupernaturali; attritio vero naturalis non convertit in Deum ut finem fupernaturalem, etiam imperfecfe. Ex quo inferitur, motivum attritionis quod ad recipiendum hujus Sacramenti effectum difponit, debere esse fupernaturale; nec fit esse ad effectum Sacramentalem obtinendum motivum naturale: Tum quia tale motivum affigat Tridentinum loco citato, ut fcilicet concipiatur vel ex turpitudinis peccati confideratione (intelligit autem de turpitudine oppofita alicui honestati fupernaturali) vel ex poenitentiae & poenarum metu, nempe quatenus infliguntur a Deo, auctore fupernaturali. Tam etiam quia tale motivum est necelfarium ad fufficienter retrahendam peccatorem in hoc ftatu commiffum. Ex quo inferes, dolorem de peccatis propter Deum auctorem naturae elicium, non esse fufficientem ad iuftificationem gratiam in hoc Sacramento obtinendam, tum quia talis dolor non est fufficiens ad tollendam averfionem a Deo, ut auctore fupernaturali; tum etiam, quia cum fit quoad fubftantiam naturalis, non est proportionatus & ejufdem ordinis cum gratia, fubindeque non potest ad illam difponere, quia (ut fupra dicebamus) difpofitio debet esse ejufdem ordinis cum forma ad quam difponit.

Dico, tertio Attritio Sacramentalis debet esse universalis, circa peccata mortalia commiffa; non tamen est necelle ut fit univerfalis circa venialia.

Ratio est, quia nullum mortale in hoc Sacramento remitti potest fine attritione, cumque nullum mortale remitti poffit sine ceteris, necelfario fequitur attritionem ad hoc Sacramentum requifitam, debere esse univerfalem de omnibus mortalibus, e contra vero cum unum veniale remitti poffit fine alio, hoc univerfalis attritio non est necelfaria in confefione venialium, fed fat erit atteri de uno tantum, ne frufteretur Sacramentum, quod pro materia effentialiter requiritur dolorem.

Non defunt tamen aliqui Auctores qui afferunt, accedere ad hoc Sacramentum fine attritione omnium venialium, faltem quae clavibus fubjacent, esse mortale, quia (inquant) qui non dolet de omnibus venialibus a fe commiffis, proponit pro materia Sacramenti aliquid quod non potest esse illius materia. Ergo ficut graviter peccat ille qui hoftiam papayraeam proponeret cum triticeis ad confederandum, fic ille qui proponit in confefione aliqua venialia, de quibus non dolet, peccat mortaliter.

Verum haec fententia videtur nimis rigida, adeoque improbabilis, ficut enim peccata venialia non tenentur confiteri, ita ea pollimus fine debito dolore Sacramenti ad confederandum, fic ille qui proponit in confefione aliqua venialia, de quibus non dolet, peccat mortaliter. Verum haec fententia videtur nimis rigida, adeoque improbabilis, ficut enim peccata venialia non tenentur confiteri, ita ea pollimus fine debito dolore Sacramenti ad confederandum, fic ille qui proponit in confefione aliqua venialia, de quibus non dolet, peccat mortaliter. Verum haec fententia videtur nimis rigida, adeoque improbabilis, ficut enim peccata venialia non tenentur confiteri, ita ea pollimus fine debito dolore Sacramenti ad confederandum, fic ille qui proponit in confefione aliqua venialia, de quibus non dolet, peccat mortaliter. Verum haec fententia videtur nimis rigida, adeoque improbabilis, ficut enim peccata venialia non tenentur confiteri, ita ea pollimus fine debito dolore Sacramenti ad confederandum, fic ille qui proponit in confefione aliqua venialia, de quibus non dolet, peccat mortaliter. Verum haec fententia videtur nimis rigida, adeoque improbabilis, ficut enim peccata venialia non tenentur confiteri, ita ea pollimus fine debito dolore Sacramenti ad confederandum, fic ille qui proponit in confefione aliqua venialia, de quibus non dolet, peccat mortaliter.

Dices, ille qui non dolet de omnibus venialibus de quibus confitetur, reddit formam Sacramenti falvam, & Sacramentum trinitur ex parte, quatenus frufterat illud veritate & effecta remiffionis illorum: Ergo peccat mortaliter.

Refpondeo negando Antecedens, quoad utramque partem: Licet enim aliquis non dolet de omnibus venialibus de quibus confitetur, non propterea reddit formam Sacramenti poenitentiae falvam, quia finis illius est, Abfolvere te a peccatis, quantum vel ex me, fecundum Christi institutionem, id est a peccatis quae rite confelfus es cum fufficienti dolore & propofito. Neque etiam propterea Sacramentum est irritum ex parte, quia nihil deest quod fit necelfarium ad illius valorem, quamvis non habeat tantum effectum quantum habere poffet; quod non est contra reverentiam Sacramenti, neque malum per fe, cum non tenentur accedere ad Sacramenta cum difpofitione necelfaria ad habendam effectum quantum habere poffunt; puta accedere ad Eucharifmiam cum fuprema difpofitione, ut conferat gratiam, quantum conferre potest.

Ex dictis in hac confefione intelliges, attritionem fufficientem ad gratiam iuftificationis in hoc Sacramento

obtinendam, debere quidem omnem peccandi mortaliter voluntatem excludere, ut docet Trident. fess. 14. cap. 4. non tamen omnem affectum peccandi venialiter: quia nimirum licet gratia iuftificans nullum peccatum mortale committi poffit, potest tamen simul flare cum peccatis venialibus, & cum affectu ad illa.

Dico quarto, attritionem fufficientem ad Sacramentum poenitentiae, debere necelfario praecedere abftinentionem, non tamen necelfario debere quoque praecedere confessionem.

Ratio prime partis est, quia abfolutio Sacramentalis est per modum fententiae judicialis, quae necelfario fupponit accufationem rei: accufatio autem rei in hoc iudicio, integratur ex confefione & dolore poenitentis; cum enim fit iudicium voluntarium, & reconciliativum peccatoris cum Deo, necelfario fupponit utrumque, quia nec fipe noitia peccatorum, potest Sacerdos poenitentem abfolvere, nec fine cognitione doloris ipfum cum Deo reconciliare. Ex quo inferes, abfolutionem datam fine praevia contritione vel attritione, esse invalidam, & confefiones ita factas esse necelfario repetendas.

Probatur etiam fecunda pars ex communi praxi fidelium, nam poenitentes credunt fe fuis muneri fatiffeciffe, dummodo atterantur, vel conterantur ante abfolutionem: Confelfarii quoque poft audita peccata, poenitentes excitant ad dolorem & propofitum impoferum non peccandi; & antequam ipfi abfolutionem impendant eos hortantur, ut actum contritionis vel attritionis eliciant; quod frastra fieret, fi contritio vel attritio deberet necelfario confessionem praecedere.

ARTICULUS V.

An, & ex quo iure, tenentur illi qui est in peccato mortali, elicere actum contritionis, & quandocum obliget tale praecceptum?

S. I.

Prima pars quaestii duplici confefione refolvitur.

Dico primo, speciali praeccepto tenentur omnes qui funt in peccato mortali, actum contritionis elicere; in lege tamen nova, fufficit attritio cum Sacramento.

Prima pars probatur, nam ut recte annotavit S. Thomas 3. part. quaest. 85. art. 5. ad a. recta ratio dicitur triplici capite debere nos peccati poenitere. Primo ex lege iuftitiae, ut fatiffciamus quantum pollimus pro injuria illata. Secundo ex lege caritatis erga Deum, quae nos obligat ad Deum amandum fuper omnia ac detestandum quidquid illi difplicet, atque ad ipfius amicitiam recuperandam, fi per peccatum eam perdidimus. Tertio ex lege amoris proprii boni, quae tenentur noftis fpiritualibus necelfitatibus fubvenire, aeternaque anime noftre ruinam vitare. Prior obligatio est ex vi praeccepti poenitentiae per fe, aliae dua funt ex praeccepto caritatis, & ex praeccepto fpei, id est amoris boni noftri fupernaturalis: Ergo omnes qui funt in peccato mortali, actum contritionis elicere tenentur, speciali praeccepto.

Confirmatur: Omnes tenentur speciali praeccepto caritatis ad procurandam falutem fpiritualium proximo: in hoc etiam fundatur praecceptum fraternae caritatis, & correctio: Ergo a fortiori ad procurandam falutem fpiritualium nobis, quia auctori vinculo tenentur noftam quam proximi falutem procurare. At contritio est necelfaria ad falutem omnibus qui funt in peccato mortali, quia falus nofta confiftit in perfecta reconciliacione cum Deo, ad quam necelfaria est contritio: Ergo speciali praeccepto tenentur omnes qui funt in peccato mortali actum contritionis elicere.

Secunda pars patet ex dictis fupra art. 3. ubi offendimus in lege nova attritionem cum Sacramento equivalere contritioni & reddere hominem de attritio contritum: unde fi ille qui est in peccato mortali poffit fufcipere Sacramentum poenitentiae, & iuftificari ac reconciliari Deo per attritionem, cum Sacramento, non obligatur ad contritionem, nifi forte in articulo mortis, de quo infra.

Dico fecundo, praecceptum contritionis non esse tantum pofitivum, id est a fola Dei libera voluntate profectum, fed etiam naturale, ita ut iure ipfo naturali obliget. Ita D. Thomas 3. p. quaest. 84. art. 7. ad 1. ubi ait: De iure naturali esse quod aliquis poenitentem fe male quae fecit. Et quae 86. art. 6. ad ultimum, dicit poenitentiam esse de iure naturalem.

Ratio etiam id fuadet. Primo, quia iure naturali tenentur quilibet fatifficere quantum potest pro injuria, alteri illata: Ergo multo magis tenentur peccator pro contritionem Deo fatifficere pro injuria quam peccando ipfi intulit. Secundo, quia ficut iure naturali tenentur jus divinum illeflam fervare, ita & leflum, quoad fieri potest, per poenitentiam reparare. Tertio, quia ficut iure naturae tenentur amare Deum, ita & ejus amicitiam conservare.

fervere, ac recuperare, quando statim per peccatum mortale amittitur. Quarto, quia iure naturae tenetur homo amare propriam bonam, ac peccare se liberare a tanto malo, quantum est peccatum, & aeternae damnationis periculum. Denique, si egrotus corpori quilibet necessarium adhibere medicinam naturali lege praecipitur, non minus naturam homini consilium est, ut medicinam penitentiae ergo animo adhibere teneatur, cum corpore magis animi digne debeat. Quam rationem eleganter profertur Tertullianus in libro de penitentia: *Mors* (inquit) *animi & irrationales, medicinae sibi dignius attribuitur in tempore agrosuunt. Cervus sagitta transfixus, ut ferunt & irrevocabiles moras ejus de vulnere expellat, sic sibi dicitur medendum: horando si pullos excitaverit, sic eos rursus curare de sua chelidonia. Peccator restituendo in seipsum sibi a Domino exolevisit, sciens praeripit illam, quae Babylonium Regem in regna restituit?*

§. II.

Solvuntur objectiones.

86 Obijcies primo contra primam conclusionem: Praecepto speciali opponitur speciale peccatum: Atqui finalis impenitentia, quae opponitur penitentiae seu contritioni, non est speciale peccatum, sed tantum quaedam circumstantia peccati illius, in quo peccator permanet atque perseverat: Ergo non datur speciale praecipuum de penitentia seu contritione.

87 Respondeo, impenitentiam finalem intelligi posse duplicem. Prima, quae est sola & nuda in peccato permanentia seu continuatio, abstrahendo ab eo quod peccator nolit de eo contineri actu positivo voluntatis, formali, vel virtuali, & haec est impenitentia finalis improprie dicta, quaeque non importat malitiam speciem distinctam a malitia peccati quod continuatur, sed solum circumstantiam temporis, quae accidentarie tantum auget peccati malitiam. Secunda est, quae ultra permanentiam in peccato, dicit formalem vel factam virtutis propositum voluntatis, nunquam penitentiam, & haec est speciale peccatum, oppositum speciali praecipuo contritionis: Solutio est. I. *Thomae* in 2. dist. qu. 43. art. 1. ad 3. ubi sic ait: *Sicut perseverantia dicitur dupliciter. Uno modo est virtus specialis, & bonis dicitur propositum perseverantiae in bono incipit ut quae ad finem. Et alio modo est circumstantia altitudo virtutis, ut quae ad mortem. Ita etiam & impenitentia, secundum quod dicitur propositum non penitentiae, est species peccati in Spiritum Sanctum, secundum autem quod dicitur permanentia in peccato usque ad mortem, negando peccati penitentiam, sic est accidens & circumstantia alterum peccatorum.*

88 Obijcies secundo: Non sunt multiplicandae obligationes sine necessitate: Atqui nulla est necessitas inducendi speciem obligationem ad eligendum actum contritionis, satis enim est, si homo delectat de peccatis committit ex motivo caritatis: Ergo non debet admitti speciale praecipuum ponendi, & eligendi actum contritionis, supposito quod incidamus in peccatum mortale.

89 Respondeo, concessa Majori, negando Minorem, ratio enim naturalis dicitur, delectandum esse de peccato, non solum ut opponitur bono divino, quod pertinet ad caritatem, sed etiam in quantum laedit jus divinum, & movet ad illud detestandum; quatenus est offensiva Dei, quod spectat ad penitentiam, & per actum contritionis adimpletur.

90 Obijcies tertio contra secundam conclusionem: Omnia praecipua naturalia continentur in praecipuis Decalogi, vel formaliter, vel virtualiter: Sed praecipuum contritionis neutro modo continetur in praecipuis Decalogi, non quidem formaliter, ut constat, evidenter ex eorum inductione, nec etiam virtualiter, cum per evidentem consequentiam ex nullo eorum possit inferri esse contentum de peccatis: Ergo praecipuum contritionis non est naturale.

91 Respondeo concessa Majori, negando Minorem, praecipuum contra contritionem continentur virtualiter in primo Decalogi praecipuo, ex hoc scilicet quod quis tenetur Deum colere, tenetur ex consequenti dolere de peccatis ut sunt injuria Deo facta. Item eo ipso quod tenetur ad diligendum Deum super omnia, obligatur ad detestandum quicquid illi displicet, atque ad recuperandum ejus amicitiam, si per peccatum eam amiserimus.

92 Obijcies quarto: Deus non potest in praecipuis naturalibus dispensare: Sed in nova lege dispensavit in praecipuo contritionis, ut enim diximus in prima conclusione in lege nova adimplendum praecipuum penitentiae sufficit attritio cum sacramento: Ergo praecipuum contritionis non est naturale sed positivum.

93 Respondeo primo, quod licet Deus non possit dispensare in praecipuis naturalibus negativis, & permittere quod homo eliciat aliquem actum lege naturae prohibentem, v. g. odium Dei, vel mendacium, quia illi actus sunt intrinsicè mali; bene tamen in praecipuis affirmativis, & quan-

tum ad cessationem actus; potest enim dispensare quod homo per totam vitam non eliciat actum religionis, verbi gratia; & hoc modo dispensavit in lege gratiae, quod attritio cum sacramento sufficit loco contritionis.

Respondeo secundo, quod cum satisfactio hominis ad Deum, exigit ipsam acceptam a Deo, potuit Deus non tantum dispensare in praecipuo satisfactiois pro peccatis, seu contritionis, sed esse contentus minori, scilicet attritione cum sacramento; unde prius impenitentiam est medium, manente semper obligatione praecipui.

Ex dictis inferre, quod in omni statu naturae humanae qui fuit ab initio mundi haec usque. Illi tam in lege naturae, quam in lege Moysaica; homines qui in peccatum mortale incidunt, fuerunt obligati ad actum contritionis, quia obligatio quae oritur ex iure naturali, ad omnem statum naturae humanae se extendit. Unde Tridentinum sess. 14. cap. 4. sic ait: *Fuit autem quovis tempore ad impenitentiam usque peccatorum hic contritionis motus, necessarius. Similiter in statu naturae, contra illum praecipuum Dei positum, & circa elevationem ad statum gratiae, peccator obligatus fuit per actum contritionis naturalis, Deo ut auctori naturae pro peccato satisfacere, aliquis reconciliari.*

§. III.

Alia difficultas expeditur.

Deo tertio, neque statim ac peccatum commissum est, neque statim ac occurrit memoria peccatum commissum, tenetur homo actum contritionis elicere. Est contra Alensem, D. Bonaventuram, Paludatum, Sylvium, & alios existimantes peccatorem teneri ad eligendum actum contritionis quoties peccata menti occurrunt.

Probatum conclusio quod primam partem praecipuum de contritione est affirmativum: Atqui est etiam conditio praecipuum affirmativum, ut non obligat semper, sed tantum aliquo determinato tempore, & postis quibusdam circumstantiis: At non potest assignari circumstantiam propter quam peccator tenetur conteri statim atque peccatum commissum, ut patet ex solutione objectionum: Ergo peccator non tenetur conteri statim atque peccatum commissum est. Ex quo etiam probatur secunda pars, nam peccatum commissum occurrere memoria, non est circumstantia, quae posita, statim obliget praecipuum affirmativum contritionis.

Confirmatur: Non minus praecipuum caritatis obligat ad diligendum Deum, quam contritionis ad detestandum peccatum: At ipsa memoria sui recordatio Dei, non obligat ad adhibendum illius dilectionem: Ergo nec sola recordatio peccati, ad adhibendum ejus detestationem.

Dico quinto, praecipuum contritionis non obligat ad detestandum peccata nondum remissa, diebus festis. Est contra Marfilium, Angelam, & Gabrielem, existimantes, praecipuum contritionis saltem diebus dominicis, & festis obligare, quia in his tenetur vacare cultui divino, aditione Missae, orationibus, & ad quae necessarium est elatum peccata deponere, & Deo per contritionem reconciliari. Pro hac sententia solet etiam citari Scotus in 3. dist. 38. qu. 1. ubi dicitur: *Quaeritur ad secundum, qui tamen loquitur de actu dilectionis, sed videtur per se ratio de contritione in peccatore.*

Probatum breviter conclusio, quam docent communiter Theologi: Ex usu fidelium & consuetudine factis praecipuum de sanctificatione festis, si & ab operibus servilibus abstinetur, & Missa ac officium divinum auditur, quorum neutrum exigit contritionem. Unde de obligatione praecipui contritionis in diebus festis, nec se accusant helles in confessione, nec Confessarii de illo interrogati solent, quod non leve indicium est, nequaquam exire tale praecipuum. Nec oblat quod sine praecipuo colendi dies festos, sit animam Deo sanctificare, nam ut communiter dicitur, non semper sine praecipuo ead. sub praecipuo.

Confirmatur: Non semper diebus festis tenentur elicere actum dilectionis Dei, cum quo connectitur detestatio peccatorum nondum remissorum, menti occurrentium: Ergo nec actum contritionis quo peccata notiam remissa exprimit & formaliter detestatur.

Dico quinto, praecipuum contritionis per se obligat in quibusdam casibus, & per accidens in aliis. Probatum conclusio recensendo & explicando illos casus in quibus per se & per accidens obligat tale praecipuum. In primis ergo per se obligat in articulo mortis vero vel praesumpto; quia tunc unumquodque tenetur, & ratione caritatis erga se & ratione satisfactiois, dilectionisque erga Deum, perfectam agere penitentiam, Deoque perfecte reconciliari, cum aliud tempus ad penitentiam non superfit. Unde de Augustino narrat Possidius, quod solebat dicere, *namque, est nullus sceleris sui solutus esset, committere debere, ut sine penitentia migraret a vita.*

Quapropter cum ipse discellum & vita sibi instare intelligeret, Psalmos David qui ad penitentiam pertinent, in conspectu positos, profusus lacrymis legebat.

Secundo hoc praecipuum per se obligat in morali periculo vitae, non in quo uni aut alteri, sed in quo plerumque solet mors contingere, ut in bello, peste, in longa & periculosa navigatione, quia morale periculum vitae, aequivalere supremo articulo mortis.

Tertio obligat per accidens in multis casibus. Primus est, quando homo tenetur recipere aliquod Sacramentum vivorum, quia talia sacramenta nequeunt recipi nisi a iustificatis: & consequenter a contritis vel attritis simul confessis. Secundus, quoties sunt administranda Sacramenta, nam tunc tenetur minister in sanctitate se conformare Deo ut principali agenti cum quo concurrat ut instrumentum ad productionem gratiae. De quo plura diximus in Tractatu de Sacramento in communi disput. 6. artic. 4. Tertius, in casu quo currit praecipuum annuae confessionis, & desol. Confessarius, nam tunc tenetur contritione supplere defectum Sacramenti, quia praecipuum confessionis in lege Evangelica, est subrogatum praecipuo contritionis. Quartus, cum urget gravis aliqua tentatio, quam sine contritione homo moraliter non potest superare; tunc enim obligatur per accidens ad contritionem, ex praecipuo virtutis contra quam est tentatio. Denique praecipuum contritionis obligat per accidens in casu publicae necessitatis, quando probabiliter timetur, Deum punire populum ac peccata particularia. Nam tunc unumquodque tenetur per contritionem se disponere ad placandum divinam iustitiam; ne propter sua peccata Deas totum populum puniat, sicut propter suum peccatum Achan panem totum exercitum Israel, Josue 7.

Queres utrum in mortis articulo tenetur homo elicere actum contritionis, quando habet copiam Confessoris, & potest suscipere Sacramentum penitentiae; per quod cum sola attritione iustificari potest?

Respondeo illam ad id non obligari, ex vi praecipui penitentiae, bene tamen ex vi praecipui caritatis.

Prima pars patet ex supradictis, ostendimus enim s. r. conclus. 1. in lege nova hominem satisfacere praecipuo penitentiae per actum attritionis conjunctum cum Sacramento. Secunda vero probatur, quia cum praecipuum caritatis obligat saltem in articulo mortis, homo tunc ex vi hujus praecipui tenetur actum caritatis elicere, ut incipiat actu caritate Deo conjungi ad quem properat, in aeternum postmodum duratura: Sed moraliter impossibile est, quod poenitens recordatus suorum peccatorum, diligat Deum, & non contrarier de illis: Ergo tunc per accidens, & vi praecipui caritatis tenetur actum contritionis elicere. Obligatur etiam homo ex caritate sibi subvenire meliori, & tutiori modo quo potest; praesertim in articulo mortis, in quo aeternitatis jacitur alea, & in tanto periculo salutis aeternae pendente irreparabiliter, & damnationis tam gravis incurrendae: unde cum non sit omnino certum ac indubitatum, attritionem solum cum Sacramento iustificare, & plures Theologi non contentendae auctoritatis, non solum id esse incertum, sed etiam falsum exitum; quamvis opposita opinio probabilior sit, & Tridentino conformior; nihilominus debet tunc poenitens tutiorem partem eligere, & uti modo certissimo & tutissimo; nimirum contritione, ac ea supplere quidquid incertum aut dubium esse potest. Adde quod, quamvis opinio asserens attritionem solum cum Sacramento iustificare, esset omnino certa, tamen non est adeo certum, ac poenitens sit Sacramenti penitentiae capax, vel rite absolvatur. Quid enim si ipse non est rite baptizatus, vel si Sacerdos non est vere ordinatus, aut non habet intentionem absolvendi? Debet ergo tunc elicere actum contritionis, ut sibi in periculo damnationis aeternae meliori modo possibili subveniat, juxta illud Gregorii magni: *Nulla satis magna securitas, nisi perititeretur virtutis.*

§. IV.

Solvuntur objectiones.

Obijcies primo contra primam conclusionem. Eccl. 5. dicitur: *Non tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem.* Et Apocal. 2. dicitur est Angelo, illi Episcopo Ephesino: *Age penitentiam: sin autem, veniam tibi cito, & movebo cancellabris tui de loco tuo.* Idem dicitur est Angelo Pergamini: *Ergo non est licitum poenitentiam differere, sed peccator tenetur mox ut peccavit, aut saltem statim ac occurrit memoria peccati commissum, de eo poenitere, & actum contritionis quo Deo reconciliari elicere.* Unde S. Patres graviter reprehendunt eos qui differunt penitentiam usque ad tempus mortis: Augustinus enim serm. 7. de tempore sic ait: *Penitentia qua ab infirmo petitur, infirma est: qua autem a moriente petitur, timo ne & ipsa moriatur.* Et serm. 71. ad fratres in eremo: *Satis alienus est a fide* (inquit)

qui ad agenda penitentiam, tempus senectutis expectat. Seneca quoque in quadam Epistola, non minus eleganter, quam vere scribit: *Quam stultus mortalitatis abyssus, usque ad quinquagesimum vel sexagesimum differre consilia, & ibi velle bene vivere, ubi desinendum est. Cogitavi in juvenute bene vivere, ut in senectute bene morerer.* Cui conformiter ait Eucherius Lugdunensis: *Stultissimum est, ut causa qua de necessitate agitur aeterni, miserabilibus vita deficientibus committatur extremis.*

Ad primum Scripturae locum respondeo primo, quod licet illa verba sacra Scripturae, quantum ad substantiam conversionis per contritionem, importent praecipuum, quantum ad modum tamen, & circumstantiam temporis, ejusque accelerationem, continent solum consilium. Secundo dico, dato, etiam quod verbis illis praecipuum contineatur, illa non facere ad propositum; nam ille non tardat qui differit, sed qui non statim facit quod potest, sed qui non fecit eo tempore quo faciendum est. Sic 2. Petri 3. dicitur Deus non tardare suam promissionem, etiam si eam non impleat statim atque potest, quia tempore convenienti implet, nec ultra differit, quam deceat. Sic etiam dicitur ille non tardare proficisci ad scholas, non qui statim atque potest, sed qui hora convenienti eo proficiscitur, cum potest citius.

Ad secundum respondeo ad summum concludi ex hoc loco Episcopos illos fuisse obligatos ad agenda penitentiam ex vi praecipui ipsius. Vel per haec verba, *Veniam tibi cito*, diem mortis intelligi, imminente autem mortis periculo, peccator tenetur conteri, ut in tertia conclusione dictum est.

Ad testimonia SS. Patrum dicatur eos locis citatis reprehendere peccatores qui penitentiam usque ad mortem differant, quia licet praecipuum poenitentiae non obliget ex vi sui nisi in articulo aut periculo mortis, per accidens tamen durante vita, ob varias tentationes & pericula occurrentia, vel propter alia praecipua quae sine contritione impleri non possunt obligat peccatores, ut in ultima conclusione declaravimus.

Obijcies secundo: Si homo non poeniteat statim post peccatum, peccat mortaliter: Ergo praecipuum contritionis obligat statim post peccatum commissum. Consequentia patet. Antecedens probatur. Velle statim peccati mortalis, est mortaliter peccare: Sed existens in mortali, & omittens contritionem, virtualiter & interpretative vult statim peccatum, quia non nolit adhibere medium per se necessarium ad tollendum peccatum: Ergo peccat.

Respondeo negando Antecedens, & ad illius probationem, nego Minorem: effectus enim ex omissione sequens, non censetur virtualiter & interpretative voluntarius, nisi ille qui potest, tenetur, & non facit, ut fuisse ostendimus, in Tractatu de actibus humanis disp. 1. art. 3. variisque exemplis declaravimus; peccata enim non censentur Deo voluntaria, non tenentur tamen ea impedire, nec dare auxilia efficaciam ad ea evitanda. Item gubernator non dicitur causa submersiois navis, ex hoc quod non gubernat navem, nisi quando subtrahit gubernationem, potens & debens, ut inquit S. Thomas 1. 2. qu. 79. art. 1. Similiter extens quis ab Ecclesia, relinquatur foras apertas, ex quo accidit talem intrare in Ecclesiam, & furum committere: tale furum ipsi non imputatur ut voluntarium, quia non tenebatur fores claudere, bene tamen officario, quia tenetur fores claudere & custodire. Cum ergo ille qui peccavit mortaliter, non tenetur statim conteri & poenitere, non censetur virtualiter & interpretative velle statim peccatum.

Obijcies tertio: Lex iustitiae obligat ad restituendum statim rem furto ablatam, & refarciendum illum damnatum proximo: Ergo similiter quando peccavimus, tenemur statim satisfacere Deo per poenitentiam & contritionem.

Respondeo, concessa Antecedente, negando consequentiam & partitem: Ratio discriminis est, quia homo per factum patitur damnatum in bonis sibi utilibus, & ideo qui est in mora culpabiliter restituendi, est causa cui homo novum damnatum percipiat: unde de novo peccat quoties menti occurrit restitutio faciendae, & potest eam facere, & non facit: Deus vero non patitur injuriam in bonis sibi utilibus, nihil enim ipsi utile aut necessarium auferitur per peccatum; & ideo ex dilacione nostram satisfactioem, nullam ei de novo advenit nocumentum.

Dices, Si quis ledat alium in fama per detractionem, tenetur statim damnatum reparare, licet non ledat in bonis utilibus: Ergo similiter licet homo per peccatum nihil utile aut necessarium Deo auferat, quia tamen ipsi irrogat injuriam, & debitum honorem ei auferit, tenetur statim ei satisfacere per contritionem.

Respondeo distinguendo Antecedens, tenetur statim reparare per se, nego: per accidens. (id est si sit periculum ne res divulgetur, & majus detrimentum in fama adveniat proximo) concedo. Idem dicendum est de Deo, si enim ex dilacione nostrae poenitentiae & satisfactiois per-

scilicet honor & fama Dei apud homines, majorque ut ita loquar infamatio Dei sequatur, in eo casu tenetur homo, statim per poenitentiam ei satisfacere; ut contingit cum quis pravam doctrinam disseminavit, tunc enim tenetur statim poenitere, & retractare quod dixit.

112 Obijes quarto: Cum homo in morbum incidit, aut vulnus aliquod recipit, statim tenetur adhibere medicamenta, ne salus corporis periclitetur: Ergo multo magis cum peccavit, tenetur statim adhibere medicamentum poenitentiae, ne periclitetur salus animae.

113 Respondeo illum qui in morbum incidit aut vulnus lethale recipit teneri statim adhibere medicamenta, quando ex dilatione verisimiliter timetur mors eventura, aut ali- quod aliud veritabile damnum, cui postea occurri non possit: non tamen si nullum tale periculum probabile timeatur: idem cum proportione dicendum est de eo qui peccavit, eadem enim est ratio quantum ad hoc de salute animae & corporis. Solutio est D. Thomae infra quest. 6. art. 5. ubi quaerit, *an statim tenetur quis confiteri?* & respondet negative, ac secundo in contrarium sibi obijcit: *Quilibet tenetur plus facere ad evadendum morbum spirituum, quam ad evadendum morbum corporalem: Sed aliquis infirmus corporaliter, non sine detrimento salutis medicum requirit tardat? Ergo videtur quod non possit esse sine detrimento salutis, quod aliquis sacerdoti cuius copiam habet non statim de peccato confiteatur. Cui argumento sic respondet: Ad secundum dicendum quod non est de necessitate salutis corporalis ut statim medicus quareatur, nisi quando necessitas curationis incumbit; & similiter est de morbo spirituum.*

114 Obijes quinto: Ex precepto caritatis statim tenetur corripere fratrem delinquentem, ut eum a peccato erudimus: Ergo a fortiori, quando peccavimus, statim obligamur nos peccato per contritionem liberare.

115 Respondeo primo, negando Antecedens, non tenemur enim ad correctionem fratrem statim postquam frater peccavit, sed data opportunitate, nisi vel timeatur periculum novi peccati, vel non speretur similis opportunitas in qua factum ita commode possimus fratrem nostrum corrigere. Idem cum proportione dicendum est de correctione propria.

116 Respondeo secundo, dato Antecedente, negando consequentiam & paritatem. Ratio discriminis est, quia nostra salus semper est in potestate nostra, non vero salus proximi: unde cum non possit nobis constare correctionem habituram effectum in fratre, tempore necessitatis, quo ipse sibi ex novo precepto tenetur salutem procurare, statim postquam peccavit, vel data opportunitate, ex precepto caritatis, tenetur ipsum corrigere.

117 Obijes sexto: Privatus gratia habituali non potest dii omnia peccata vitare, ut docuimus in Tractatu de gratia, disp. 1. art. 6. Ergo tenetur statim gratiam recuperare, ne se constituat sub morali periculo in alia peccata incidendi. Nam teste Gregorio homil. 11. in Ezech. *Peccatum quod per poenitentiam non deletur, suo pondere trahit ad aliud.* Velut ait Prosper lib. 5. de vocat. gent. cap. 2. *Voluntas mutabilis quae non ab incommutabili voluntate regitur, tanto citius appropinquat iniquitati, quanto acius intenditur ad bonum.*

118 Respondeo, concessio Antecedente, negando Consequentiam: cum enim tempus quo potest homo privatus gratia habituali, abstinere a peccato, incertum & indeterminatum sit, etiam periculum peccandi in quo versatur, est indeterminatum & incertum; licet autem unusquisque intendat evitare determinatam peccandi occasionem, determinatamque periculum, secus tamen si haec certa & determinata non sint.

119 Obijes septimo contra secundam conclusionem, in qua diximus, preceptum contritionis non obligare ad detestanda peccata nondum remissa, diebus festis. In diebus festis tenetur Deo vacare: At homo existens in peccato mortali, non potest Deo vacare, nisi prius de peccato contritatur, & per contritionem Deo reconciliatur: Ergo existens in peccato mortali, tenetur, saltem diebus festis, actum contritionis elicere. Unde Leviticus 23. dicitur: *Sabbatum requiescentis est, affligetisque animas vestras.* Et paulo: *Omnis anima, quae affligit non fuerit dii haec, peribit.*

120 Respondeo, concessa Majori, negando Minorem; preceptum enim colendi dies festos, solum obligat ad vacandum Deo, & exhibendum illi debitum cultum, per opera religionis, & cessationem ab operibus servilibus; haec autem fieri possunt etiam a peccatore. Unde ad locum Leviticus respondent aliqui, illum non intelligi de contritione interna, sed de abstinentia externa per abstinentiam a voluptatibus. Sed esto intelligatur de contritione interna, quod probabilis est; erat enim institutum semel in anno die decima mensis septimi festum propitiationis seu expiationis, in quo Sacerdos sacrificabat & orabat pro peccatis populi, ut Deus illis peccata remitteret: unde tunc obligabat preceptum contritionis de peccatis nondum remissis: ille tamen locus non urget; quia

rale preceptum in lege Evangelica commutatum est in preceptum annuae confessionis, quod, ut supra diximus, non obligat ad contritionem, sed dumtaxat ad attritionem supernaturalem: quia in lege Evangelica attritio iuncta sacramento, aequivalet contritioni, & reddit hominem de attritio contritum.

DISPUTATIO VIII.

De Praecepto Confessionis.

Ad quaestionem 6. Supplementi.

DE precepto contritionis egimus disputatione precedenti, in hac differemus breviter de precepto tam divino, quam Ecclesiastico confessionis, quae est secunda pars materialis sacramenti poenitentiae, de qua S. Thomas disp. qu. 6. supplementi. & quinque sequentibus.

ARTICULUS I.

An confessio sacramentalis sit iure divino positivo preceptum, & quas personas, quove tempore, obliget tale preceptum?

CERTUM est confessionem sacramentalem non esse de iure naturali, ut docet D. Thom. hic art. 2. Tum quia sacramenta (inquit) non sunt de iure naturali, sed de iure divino, quod est supra naturam. Tum etiam, quia natura non inclinat ad confessionem peccatorum praeteritum occultorum. Tum denique, quia quod est de iure naturali, est commune apud omnes gentes, cum sit in omnibus illis eadem natura rationalis, & idem rationis dictamen. Unde Lullius lib. 2. de invent. *Sus naturale est (inquit) quod non opinio generis, sed innata quaedam vis inferior.* Solum ergo difficultas est, an confessio sacramentalis, sit de iure divino positivo, & an fideles habeant preceptum a Christo peccata sua ad sacerdotes delinenda? Pro resolutione.

Dico primo, confessionem sacramentalem esse iure divino preceptam. Conclusio est certa de fide, ac delimita in Tridentino sess. 14. cap. 5. & can. 6. & 7. contra haereticos nostri temporis.

Probatur primo: Christus Joan. 20. dedit Apostolis, eorumque in sacerdotio successoribus, potestatem absolvendi fideles a peccatis, eaque iuxta ipsorum arbitrium retinendi: At Sacerdotes non possunt habere potestatem peccata fidelium retinendi, si ipsi fideles preceptum a Christo non habeant sua peccata ad Sacerdotes delinenda: Ergo confessionis sacramentalis usus, ab ipso Christo preceptus & institutus est.

Probatur secundo: Christus sacramentum poenitentiae quoad omnes suas partes instituit, ut disput. 1. ostensum est: Ergo usum ejus, subindeque sacramentalem confessionem, precepit. Probatur Consequentia, tum exemplo Baptismi, quod quia institutum est a Christo, voluit Christus ad illud servandum peculiari precepto omnes obligare. Tum etiam ratione, nam sapientis ac providi legislatoris munus est, non modo sanctissimis legibus civem instruere, sed ad eas etiam servandas, quantum fieri potest, eos obligare.

Probatur tertio: Preceptum confessionis in lege Evangelica successit precepto contritionis; alioquin Christus per preceptum confessionis non alleviasset, sed aggravasset onus, nam prae preceptum contritionis, addidisset preceptum confessionis: Sed ante legem Evangelicam preceptum contritionis iure divino obligabat peccatores, ut disputatione precedenti articulo ultimo ostensum est: Ergo pariter in lege Evangelica confessio sacramentalis est iure divino precepta. Unde sicut ante legem Evangelicam contritio obligabat peccatores ex triplici capite; primo ex lege iustitiae, ut nimirum homines satisfacerent Deo pro injuria illata, iustque divinum laesum repararent; secundo ex lege caritatis erga Deum quae nos obligat ad ipsum amandum super omnia, ac detestandum quicquid ei displicet; tertio ex lege amoris propitii, quia tenemur nostris spiritualibus necessitatibus subvenire, aeternamque animae nostrae iuliam vitare, ut loco citato declaravimus: ita triplici illo titulo tenetur Christiani in lege nova, peccata sua Sacerdotibus confiteri.

Demum suaderi potest conclusio ex regula quam tradidit Augustinus lib. 4. de Baptismo cap. 34. ubi sic ait: *Quod universa tenet Ecclesia, nec Concilium institutum, sed semper retentum est, non nisi auctoritate Apostolica traditum rectissime creditur.* Sed neque in Conciliis, neque in Pontificum decretis, ullum extat initium huius precepti; nam licet in Lateranensi anno confessio cunctis fidelibus precepta fuerit, in eo tamen non confessio ipsa, sed solum tempus quo fieri debet praescriptum est, ut docet Tridentinum sess. 14. cap. 5. his verbis: *Neque enim per Lateranense*

Concilium Ecclesia statuit, ut Christiani fideles confiteantur, quod iure divino necessarium & institutum esse intellexerat; sed nec preceptum confessionis saltem semel in anno, ab omnibus & singulis, cum ad annuam discretionis pervenissent, impletur: Ergo confensum est, preceptum Confessionis Sacramentalis esse de iure divino, & manasse immediate a Christo, & per Apostolos Ecclesiae communicatum fuisse. Et certe, cum preceptum illud tam arduum ac difficile, nisi a Christo immediate manasset, difficillime persuaderi potuissent fideles, ut ipsum acceptarent, ac tot feculis inviolabiliter observarent: maxime quia non possit Ecclesia gravitatem huius precepti lenire, sicut illam Deus lenit internis consolationibus, nec humana providentia impedire possit plura inconvenientia ex tali confessione oriunda, quae nunc Deus mirabili sua providentia impedit. Unde plures Theologi existimant, quod Ecclesia non possit simpliciter & absolute praecipere fidelibus Confessionem Sacramentalem, secluso precepto divino de illa.

Dico secundo, hoc preceptum non obligare infideles, sed dumtaxat baptizatos, habentes conscientiam peccati mortalis, non vero eos qui sunt confirmati in gratia.

Ratio prima partis est, quia cum Baptismus sit janua ad alia Sacramenta, ante susceptum in re Baptismus, nullas est capax alieque Sacramenti: unde cum precepta divina eos solum obligent qui possunt ea implere, infideles nondum baptizati non obligantur ad Sacramentum poenitentiae, sed dumtaxat fideles post susceptam Baptismus, cum materia Confessionis Sacramentalis sint peccata post Baptismus commissa.

Dico, quavis infideles nondum baptizati non obligentur immediate ad Confessionem Sacramentalem, ad eam tamen obligari mediate: quia si haberent sufficientem notitiam de mysterio nostro fidei, tenentur eam amplecti, & Baptismus suscipere; unde si non impleant preceptum de Baptismo, omnino precepti poenitentiae impuratur ad culpam.

Sed contra primo: Qui ex voto tenetur ad ingressum alienius Religionis, licet tenentur eam amplecti, nihilominus antequam illum ingrediantur, non tenentur observare leges, & praecpta illius, ut communiter docent Theologi: Ergo similiter, licet infideles de mysterio nostra fidei sufficienter intrudati, tenentur suscipere Baptismus, non tamen ante illius receptionem, & priusquam Ecclesiam ingrediantur, tenentur observare praecpta quae Christus dedit Ecclesiae, qualia sunt praecpta circa Sacramenta. Unde Tridentinum sess. 14. cap. 2. ait, quod Ecclesia in neminem iudicium exercet, qui non prius ipsam per Baptismi januam fuerit ingressus.

Contra secundo: Omnia peccata ante Baptismus commissa, remittuntur per susceptionem Baptismi, independente a Sacramento poenitentiae, non enim baptizati tenentur peccata ante Baptismus commissa clavibus subicere: nec tenentur post Baptismus suscipere Sacramentum poenitentiae, nisi labantur in novum mortale: Ergo non possunt ad illud obligari majori Baptismate; alioquin obligentur ad novum mortale committendum, cum non possint ad Sacramentum poenitentiae obligari, nisi ratione mortalis post Baptismus commisi. Unde quamvis datur tunc infideles obligentur ad Eucharistiam, mediante Baptismo, ut medio disponente & habitante subiectum ad ejus receptionem; non possunt tamen eo modo obligari ad Sacramentum poenitentiae.

Secunda pars conclusionis, quae asserit preceptum istud obligare omnes baptizatos habentes conscientiam mortalis, evidens est, cum Sacramentum poenitentiae sit institutum a Christo ut medium necessarium ad remittenda omnia mortalia post Baptismus commissa. Ex quo probata manet tertia pars, nam confirmati in gratia non habent materiam necessariam huius Sacramenti, quae sunt mortalia, propter quae tantum fideles obligantur ad illud suscipiendum, ut definit Tridentinum sess. 14. c. 5. sed ad summum tantum habent materiam sufficientem, quae sunt venialia, propter quae non est hoc Sacramentum primario institutum, cum haec alia via, multisque aliis remediis expiari possint, ut constat ex dictis disp. 4. Ex quo

Inferes, B. Virginem, utpote non solum confirmatam in gratia, sed etiam ab omni peccato immunem, precepto confessionis non fuisse obligatam, immo nec huius sacramenti capaces. Unde falsum & temerarium est quod aliqui dicunt, B. Virginem quotidie fuisse confessam S. Joanni Evangelistae. Quod Fagundes de secundo precepto Eccles. lib. 1. cap. 2. num. 10. falso tribuit D. Thomae 3. part. qu. 37. art. 4. ibi enim S. Doctor solum agit de antiqua ceremonia, quae solebant mulieres post partum accedere ad templum purganda.

Dices, Baptismus potest impendi immuni a peccato originali, unde B. Virgo fuit a Christo baptizata, ut diximus in Tractatu de Baptismo: Ergo similiter Sacramentum poenitentiae potest impendi illi qui nullam unquam commisit peccatum actuale.

Theol. Coer. Tom. V.

Sed nego consequentiam, & paritatem: materia enim Baptismi non constat ex confessione peccati originalis, sed ex ablutione personae baptizandae, materia vero poenitentiae constat ex propria confessione, & dolore de illo. Unde sicut repugnat Baptismus administrare sine aqua, & Eucharistiam confici sine pane & vino; ita & sacramentum poenitentiae impendi ei qui nullam unquam commisit peccatum actuale, licet interdum impendi possit subiectionem nullam habenti peccatum, quia ad hoc sufficit, ut saltem aliquando peccatum habuerit, ut ex praesenti confessione, & dolore illius, confici possit hoc sacramentum.

Dico tertio, preceptum divinum confessionis, per se obligat tantum in articulo vel periculo mortis, per accidens vero in multis aliis casibus obligare potest.

Probatur breviter: Cum preceptum divinum confessionis in lege Evangelica successerit precepto contritionis, non obligat, nisi quando obligat contritio: Sed contritio per se non obligat nisi in articulo vel periculo mortis, licet per accidens possit frequentari, & in multis aliis casibus obligare, ut disp. precedenti art. ult. declaravimus: Ergo & preceptum divinum de confessione.

ARTICULUS II.

Resolvuntur breviter quaedam difficultates seu casus conscientiae de precepto Ecclesiastico annuae confessionis.

PRATER divinum preceptum de confessione Sacramentali, articulo precedenti expositum, datur preceptum Ecclesiasticum de confessione annua proprio Sacerdoti faciendae, & de Eucharistia in Paschate suscipienda, quod habetur in cap. *Omnis utriusque sexus, & poenitentis & remissionibus*, sub his verbis: *Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annuam discretionem pervenerit, omnia sua scilicet peccata confiteatur fideliter, saltem semel in anno, proprio sacerdoti, & injunctam sibi poenitentiam studeat pro viribus adimplere, suscipiens reverenter ad minus in Pascho Eucharistia sacramentum.* Circa hoc preceptum plures proponi solent difficultates seu casus conscientiae, quos breviter hic proponemus ac resolvemus.

Quaeritur ergo primo, utrum hoc statutum Concilii Lateranensis sit exhortatio sive consilium Ecclesiae, an vero formale preceptum obligans sub mortali?

Respondeo esse preceptum obligans sub mortali, ita enim definitur in Tridentino sess. 14. can. 8. & patet ex poena gravissima quae statuitur contra ejus transgressores, ejectione scilicet ab Ecclesia, & carentia Ecclesiasticae sepulture. Adde quod preceptum illud Ecclesiasticum de annua confessione, est determinatio precepti divini, quantum ad tempus: Sed preceptum divinum obligat ad mortale: Ergo & Ecclesiasticum.

Dices, Confessio Sacramentalis dolorem de peccatis exigit & includit: Sed dolor, cum sit actus pure internus, non potest cadere sub precepto Ecclesiae, actus enim puri interni, cum per se non cadant in notitiam sensibilem, non possunt esse intra sphaeram humanae gubernationis, sed illi soli subiciuntur, qui omnium hominum secreta novit: Ergo Confessio Sacramentalis non potest cadere sub precepto Ecclesiae.

Respondeo primo, hoc argumentum solum probare confessionem, ut includit actum internum doloris de peccatis, non posse cadere sub precepto Ecclesiae, non tamen id offendere de Confessione, ut dicit actum pure externum, quo peccata Sacerdoti manifestantur.

Respondeo secundo, dato quod Ecclesia non possit directe & primario praecipere actum internum, indirecte tamen & secundario illum jubere potest, quando facilius actus interior est necessarius, ut exterior sit bonus & honestus. Unde per se loquendo habet potestatem super actus exteriores; super actum vero interiore, per accidens, & ratione actus exterioris, in quantum est forma illius.

Tertio, responderi potest, quod licet Ecclesia praecipiat solum confessionem externam de peccatis, supposito tamen hoc precepto, obligatur poenitens iure divino, propter reverentiam quam debet huic Sacramento, ne illud irritum reddat, simul cum externa Confessione actum internum doloris elicere; sicut ex suppositione quod ex precepto Ecclesiae jensemur vocaliter orare, jure divino, & virtute religionis, obligamur ex reverentia quam in orando Deo debemus, internam attentionem adhibere.

Quaeris secundo, an preceptum Confessionis sit distinctum a precepto communionis, vel solum obliget peccatens, & in ordine ad assumptionem Eucharistiae?

Respondeo esse preceptum distinctum, & obligare per se ac independente a precepto Eucharistiae, ut constat ex fine propter quem factum est, nempe propter maximam necessitatem & utilitatem, quam secum affert Sacramentum poenitentiae; independente a Sacramento Eucharistiae, nimirum saltem animarum, & justificationem peccatoris, qui finis non solum militat in his qui sunt ad Eucharistiam idonei, sed in reliquis omnibus qui mortalis post Baptismus capaces sunt. Ex quo

S

Inferes